

CÆREMONIALE PARISIENSE

AD VSVM OMNIUM ECCLE-
siarum Collegiatarum, Parochialium &
Aliarum Urbis & Diocesis Parisiensis.

*Iuxta Sacros & Antiquos Ritus Sacro-sanctæ
Ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis.*

Auctoritate Venerabilium Dominorum Vicariorum
Generalium Eminentissimi & Reuerendissimi in
Christo Patris D. & D. Ioannis Francisci Pauli de
Gondy, Dei & Sanctæ sedis Apostolicæ gratiâ S.
R. E. Tituli Sanctæ Mariæ super Mineruam Car-
dinalis de Retz Archiepiscopi Parisiensis, editum

A M. MARTINO SONNET Presbytero Parisino
& Beneficiato Ecclesiæ Parisiensis.

*Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auri-
bus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de vniuersis
CÆREMONIIS; Domus Domini, & de cunctis
legibus eius. Ezechiel Cap. 44. v. 3.*

La libris Sonnet

23

Deuotione



LVTETIÆ PARISIORVM

Apud } SEBASTIANVM CRAMOISY,
GABRIELEM & NICOLAVM CLOPEIAY,
viâ Iacobeâ.

M. D. C. L. X. II.

*Cum Approbatione & Permissione Superiorum,
& Privilegio Regis Christianissimi.*

De Organista & Organis.

CAPVT VI.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. Psal. 150. v. 4.

1. **O**rganista bonis moribus præditus Organa pulsandi arte peritus, ad hoc opus exequendum admittatur: Si tamen Clericus aliquis arte pulsandi Organa polleat, laicis, cæteris paribus, iuxta sacrorum canonum præscriptum præferri debet & clericali veste indutus suum exequatur munus, maiori qua poterit modestia & diligentia, caueat præcipue ne Organi sonus sit lasciuus aut prophanus. Si sit laicus modestia & grauitate præditus eligatur, qui semper habitu decenti, detecto capite, & qua decet reuerentia, ac modestia, suo fungatur munere.

2. Cum in diuino officio pulsantur Organa, attentè obseruet Organista tinnitum campanulæ, quo moneatur quando inchoandum, vel finiendum, ne nimis producantur sacræ actiones, vel nimis celeriter fiant, & neminem super vel intra Organa admittat Organista, præter cantores aut alios, quibus opus est.

3. Ut autem Organum rectè custodiatur, clausum semper maneat, nec nisi diebus festis, quibus eo vtendum est, aperiatur, & sæpe à puluere & telis araneorum mundetur.

4. Cauendum autem est ne sonus Organi sit lasciuus, aut impurus, & ne cum eo proferantur cantus qui ad officium quod agitur non spectent, ne diu prophani, aut ludicri, nec alia instrumenta musicalia cum Organo pulsantur, nisi tubæ, tibiæ, aut cornea

nerum, v. g. *Tantum ergo Sacramentum. O Salutaris hostia. Virgo singularis. Te matrem pietatis. Quæsumus auctor omnium.* Vel quando talis versus non habetur, ad vltimum versum hymni. Item ad versus sequentes Antiphonarum, *Resurrexit sicut dixit. O clemens. O benigna.*

24. Item etiam ad versus solemnes & principales trium Canticorum Euangelicorum, nempe *Suscipit Israël. Quod parasti. Et tu puer Propheta.* & ad versus *Gloria Patri.*

25. Item pulsantur modulatiùs, quotiescùmque in officio Clerus stat versus altare, pro vt notatur in prima parte huius Cæremonialis Cap. 8. pag. 42.

26. Notandum Organa semper intonare ea omnia ad quæ sunt pulsanda, exceptis tantum, *Gloria in excelsis*, & *Te Deum laudamus.*

27. Ad *Amen* in fine hymnorum, & ad *Benedicamus Domino*, pulsantur Organa aliquantulum breuiter & celeriter.

28. Organorum vsus, de quibus sæpius in dauidicis psalmis fit mentio, in Ecclesia antiquissimus est, & quamuis, Vitaliano Romano Pontifice, illa in Ecclesia recepta fuerint, tamen Organa primum missa à Constantino Imperatore Græcorum Pepino Regi. Et Aymon monachus lib. 4. De gestis Francorum, cap. 113. affirmat, Organa more Græcorum primum in Francia composita industria cuiusdem, cui nomen Gregorius imperante Ludouico pio, eiusque sumptibus.

29. *Organorum vsus, Ecclesia*, ait Synodus senonensis, cap. 17. *ad cultum & seruitium diuinum recepit: modo nihil præter hymnos diuinos & cantica spiritalia Organa representent.*

18. In vespere ad Responsorium, ad primum hymni versum. Ad primum etiam versum *Magnificat*. In statione ad Responsorium vel primum versum prosa, aut alterius quod cantatur. In Completorio ad primum versum hymni, ad *Nunc dimittis*, & ad Antiphonam de Beata.

19. In Matutinis, ad Inuitatorium, ad primum versum hymni. Ad Responsorium. In cantico *Te Deum* ad *Te Dominum confitemur*, & ad *Te ergo quasumus*. In laudibus, vt in vespere.

20. In primo versu etiam Antiphonarum de B. *Alma*, *Ave Regina*. *Regina coli*. & *Salve*. Item ad *Inuoluta*, & in fine eius ad *Que sola inuoluta permansisti*.

21. Organista autem, exactissime quantum poterit, omnes notulas cantus Parisiensis, sine minutione aut mutatione vel corruptione, sine falsitate, sine alteratione, sine expressione notarum alterius cantus, ad officium pulsabit: dabit etiam aperam vt sepiissime mutet sonum Organorum.

Et in quibus pulsanda sunt Organa ad modulos, grauiter, suauiter, dulciter & modulato, vt maiorem animi deuotionem clero & pulo pariant, ad hac sequentia.

22. In Missa quidem ad *Suscipe deprecationem*. Et ad *Tu solus altissimus Iesu Christe*. Ad solemne prolarum versum in quo fit inuocatio, siue canterur ter, siue semel tantum. v.g. Ad versus *Surrexit Christus*. *Datus fidelibus*. *Ecce panis Angeloru*. *Qui nos iungat superis*. *Colites o vos beati*. In festo Dedicationis Ecclesie, ad v. *O sollemnis festum laetitiae*. Et in festis Patronorum & Titularium cuiusque Ecclesie, ad versum solemnem & principalem inuocationis. Et post Eleuationem Ss. Sacramenti. Nec non etiam dum sacra Communio administratur.

23. In horis vero, ad versum *Te ergo quasumus* in hymno *Te Deum*. Ad versus solemnes & principales hymnorum,

similiter leuia ac minus decentia mottetta nullo modo recitentur in fine psalmodum, nec prorsus in toto officio diuino.

5. Præterea Organista cum Magistro musicę seu cantus moderatore frequenter conueniat, & vbi sunt duo Organa, maiora nempe & minora, gallicè *Positif* dicta, in præcipuis solemnitatibus adhibeantur.

6. In Cæremonijs in choro obseruandis conformet se Organista, quantum fieri poterit, ita vt det sufficiens tempus & spatium ad eas obseruandas, nec tamen nimium tempus in sumat aut terat, ne aliis tedium potius quam deuotionem generet, nec etiam celeriori pulsu ac præcipitato ea tangat, ne contemptum similiter pariat: sitque semper nudo capite, quotiescumque Organa pulsabit.

7. Intra stalla chori è regione Aquilę appendatur campanula quedam, ad monendum Organistam, quando opus erit, siue ad incipiendum, siue ad terminandum: Ideoque constituatur aliquis de choro propè finem dicte campanulę, ad eam pulsandam, quando necessarium videbitur.

Quibus diebus seu festis Organa sunt pulsanda.

8. Pulsantur Organa in omnibus festis annualibus & solemnibus primę & secundę classis, & in festis duplicibus secundę classis. Item in aliquibus festis duplicibus maioribus, nempe festiuitatis à populo. Item essent pulsanda in Dominicis per annum, præsertim si ab Ecclesia sufficientem retributionem Organista recipiat. Item pulsantur, quoties occurrit celebrari solemniter officium aliquod votiuum pro re graui.

Quando Organa non sunt pulsanda.

9. Non pulsantur in Dominicis Aduentus. In festo Ss. Innocentium, nisi acciderit die Dominica. Item

in Dominicis septuagesimæ & sequentibus vsque ad Dominicam palmarum inclusiue: nec etiam In festis S. Andree, quando euenit in Aduentu, S. Thomæ S. Matthiæ, & S. Ioseph: pulsantur tamen in festis Conceptionis & Annuntiationis semper. Nunquam etiam pulsantur in officio Defunctis.

In quibus horis sunt pulsanda Organa.

10. Pulsantur Organa in Missa, in utrisque vespers, in Matutino & laudibus: Item pulsantur ad Salutem seu Salutationem vespertinam. Pulsantur etiam ad Completorium in festis Annualibus & solemnibus primæ & secundæ classis tantum: in aliis autem quatuor paruis horis, nempe Prima, Tertia, Sexta & Nona non pulsantur, nisi ad Tertiam in festo Pentecostes.

In quibus Officij partibus sunt pulsanda.

11. In Missa pulsantur ad *Kyrie eleison*. Ad *Gloria in excelsis*. Ad reiterationem *Alleluia* cum pneumate eius, & ad vltimum *Alleluia* ante Euangelium. Ad profam. Ad offertorium vsque ad præfationem, nisi tunc habeatur concio, pronam, aut aliquid sit publicandum, quia ad eius initium cessaret organorum sonus, & post concionem pulsarentur vsque ad præfationem. Ad *Sanctus* & ad *Benedictus*, post eleuationem Ss. Sacramenti, vsque ad Orationem Dominicalem, ad *Agnus Dei*, & *Deo gratias* post *Ite Missa est*. In Ecclesiis in quibus horæ canonicæ non cantantur in choro, Organa pulsantur ad *Domine saluum*, &c. de 5. tono, quod cantatur post benedictionem Missæ: pulsantur etiam quoties chorus redit in chorum in silentio, v. g. post Stationem processionis Missæ. Non sunt pulsanda ad Symbolum *Credo*, sed voce est cantandum.

12. In vespers pulsantur ad primam, tertiam &

quintam Antiphonam. Item ad Responsorium. Ad hymnum. Ad Canticum, *Magnificat*, & ad primam mediam partem Antiphonæ eius: Nec non ad vltimum *Benedicamus Domino*. vt notatur in fine Antiphonalis Parisiensis. Pulsantur etiam ad stationem, quando aliqua est facienda, nempe ad Responsorium, vel profam vel Antiphonam, vel ad aliud simile cantandum in statione: & tunc ad *Deo gratias* primi *Benedicamus*, in choro non pulsantur, sed ad vltimum in fine stationis, dum in chorum Clerus redit.

13. In Completorio propter canticum Euangelicum *Nunc dimittis*, pulsantur in festis annualibus & solemnibus primæ & secundæ classis, ad Hymnum, ad Canticum, *Nunc dimittis*, & ad primam mediam partem Antiphonæ eius, & ad Antiphonam de beata, quæ cantatur in fine, secundum diuersa tempora.

14. In Matutinis autem pulsantur, ad Inuitatorium. Ad Hymnum. Ad tertiam, sextam, & nonam Antiphonam. Similiter & ad tertium, sextum & nonum Responsorium: & ad Canticum, *Te Deum laudamus*.

15. Ad Laudes pulsantur, vt ad Vesperas respectiue supra notatur.

Et in quibus pulsanda sunt motula plani cantus.

16. In diuino autem officio ad aliquas preces seu Dei laudes, tam ad Missam, quam ad horas, pulsanda sunt Organa in cantu plano, ad dirigendum Celebrantem, Choristas ceteros officarios & totum Chorum in sacris Cæremoniæ actionibus, & ad suggerendum vetum Organorum tonum Cantoribus, ne cacophonia & uocum dissonantia huius rei defectu oriantur.

17. Cantus planus igitur pulsatur in Missa ad primum & vltimum *Kyrie eleison*. ad *Et in terra pax*, &c. *Suscipe deprecationem nostram*. In *gloria Dei Patris*. *Amen*. Ad profas, ad primum *Sanctus* ad *Agnus Dei*. & ad *Domine saluum fac regem*.